ANS Correspondence

University of Padua
[Padua, Italy]

1922

THE R. UNIVERSITY OF PADUA

CELEBRATION OF THE VII CENTENARY OF THE FOUNDATION

MAY 14th, 15th, 16th and 17th, 1922

THE EXECUTIVE COMMITTEE

Padua, January 31st, 1922.

DEAR SIR,

In order to provide, in time, for the reception of our guests, we should be glad to know, somewhat in advance, the names of the Delegates, who will honour with their presence the solemn ceremonies which will be held, to solemnize the VII Centenary of the foundation of our University.

We therefore beg you to fill, and return at an early date (possibly before the end of March), the enclosed form, also kindly informing us, whom we must consider as the head of your Delegacy.

With thanks and kind regards,

THE GENERAL SECRETARY

A. Zalliny

The (*name of the Institution*) ..... has appointed, as its Delegates at the solemn celebration of the Seventh Centenary of the University of Padua:

Name .....

Office .....

Address .....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

L. S.

(Signature) .....

To the General Secretary of the Committee

for the Celebration of the Seventh Centenary

(Prof. Ambrogio Ballini)

R. Università PADOVA (Italy)

Rector Senatus Professores
Regiae Vniuersitatis Studiorum Patauinae

Amplissimo Senatui Societatis Numismaticae Americanae

S. P. D.

niuersitatem nostram, anno MCCXXII ortam, inter omnes constat iam XIII saeculo discentium frequentia et magistrorum praeceptis institutisque floruisse, XV saeculo exeunte, cum inter ceteras Italicas sorores praestaret, omnibus Europae populis humanitatis atque industriae uiam monstrauisse et quasi quandam sapientiae facem praetulisse, quae postea, nubibus tenebrisque interdum obducta, numquam tamen extincta sit. nunc autem illam, quasi reddita iuuentute, nouas uires in dies resumere et ad pristinae dignitatis non fallacem spem reuirescere uidemus.

Qua re nobis placuit ut septima saecularia huius Vniuersitatis pridie Idus Maias non sine aliqua magnificentia agerentur: quibus festis sollemnibus patrocinium VICTORII EMMANVELIS III regis nostri decus et ornamentum addet.

Sed memoria uetera lustrantibus et considerantibus qui quot uiri ex quot orti gentibus, in Vniuersitatibus quas uocabant Iuristarum et Artistarum huius antiquissimi Gymnasi, in omni studiorum genere elaborauissent et rerum magnarum atque artium scientiam essent consecuti, sic nobis persuadebamus, saecularia nostra non modo ad nos sed etiam ad Italiae et totius orbis terrarum doctos homines pertinere. Athenaea igitur omnia et Academias et scholas et gymnasia in quibus iuuentus studiis liberalibus uacat, roganda censuimus, ut legatos ad nos mitterent per quos huic liberalium studiorum doctrinarumque inuentrici et quasi parenti suus honor redderetur. quam inuitationem nostram, clarissimi uiri, benigne uos accepturos esse confidimus. longum fortasse et laboriosum iter erit legatorum: aliquid tamen hic inuenient praemi. urbem enim, in qua Titus Liuius natus est, uisent, quae omni eruditione libero digna homines inbuit et ex diuersis ortos gentibus tamquam fratres fecit; Galilei de Galileis, philosophi et astronomi ex omni memoria aetatum et temporum principis, Ioannis Baptistae Morgagni, qui sedes causasque morborum sagaci animo indagauit, aliorumque conplurium illustrium uirorum monumenta contemplabuntur; in atriis nostris et in auditorio maximo arma et insignia integra et inconrupta ciuium suorum parietibus adfixa intuebuntur, qui cum ex hoc quasi litterarum et artium iucundissimo fonte liberalissimorum studiorum lymphas hausissent, in patriam reuersi, in aliquo doctrinarum genere admirabiles exstiterunt aut honoribus auctoritate rerum gestarum gloria floruerunt. denique illa a Musis condita et ornata urbs, quod Venetorum caput est, eos tota ueste ex litoribus suis iam uocat.

Itaque a uobis, quae est humanitas uestra, litteras quibus de legatorum uestrorum numero et nominibus certiores fiamus, quam primum exspectamus: nos uero, quae est doctorum hominum, ubicumque terrarum uitam degunt, inter se societas coniunctioque, ut laboribus uigiliisque uestris longe lateque diffusam laudem adsequi possitis.

cupimus atque exoptamus.

Valete.

D. Pataui Id. Ian. MDCCCCXXII.

Aloysius Lucatello

Rector

PADOVA - PREM. SOC. COOP. TIPOGRAFICA